



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Victor Mart. 26. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

o) 136 (o

rectatores: pauperum lites ipse componebat, idque
curabat potissimum ut Sanctos subditos habere.
Habe Deo gratias, si quibus obtemperas ii prædictis
sint virtutibus S. Ludovici; sin autem tu ipse alio
præses, memento Patrem te esse subditorum tuorum.

3. Serviat Deo necesse est, qui rectè voluerit re-
gnare erit. Si quis consideraverit S. Ludovici vitā, lu-
nē dixerit sanctū hunc regiæ majestatis oblītū esse, u-
se probaret servum Jesu Christi. Terræ principes! nō
si Deo servieritis; quid proderunt omnia, ? Non di-
cet Christus Euge princeps! Euge Rex! Imperator!
&c. Sed dicet: *Euge serve bone & fidelis intra in gaudium
Domini tui.*

S. VICTOR MART

26. Augusti.

Vincenti dabo manna absconditum.

*& calculum candidum, & in
calculo nomen novum scriptum
quod nemo scit, nisi qui accipit.*

Apoc. c. 5. v. 27.

Expeditiū plerumque in opus exit, quod
ecogitatum diu est. VICTOR toto septen-
nio in solitudine se macerans præparabat ad
acerbiora toleranda jamque prædicandæ fidei
ardore incensus, divino prodibat ex spelun-
ca impulsu in publicum, ut incendium in

Mau-

Mauros spargeret, qui fidei destituti luce in tenebris idololatriæ rigebant. Vix discolor hospes Mauris apparuit, cum, indicio facto, advocatus in aulam est; & faustissimus fuit cum rege congressus. VICTORIS quippe primo intuitu, fœdissima in Regis corpore lepra omnis evanuit; at pejor animæ lepra, ingrati animi vitium, veræque fidei odium prævaluere: siquidem ubi cognovit Rex, prodigiosum suæ lepræ depulsorem, Æthiopas suo sacro velle lavare latice, suffocari quamprimùm, impiè ingratus jussit sospitatem suum. At de mortis causa tam gloria lœtatus S. Apostolus, exoravit carnifex, ut lentius cruciaretur: quò plus pro Christo pateretur, & ut de cruce suspendereetur impetravit, in qua cum triduo integro velut è cathedra perorasset, & ut Medicus miraculo corpora animosque personasset, caput sibi amputatum sui ipsius vespillo, manibus in urbem detulit, locoque sepulturæ à se designato cum truncō corporis depositus. Epigramma esto. *Hic jacet VICTOR, qui ad Mauros venit, vidit, & in cruce vicit.*

M E D I T A T I O.

*De præmijs mundi Victoribus
promissis.*

15

Vint-

I. *V*incenti dabo M^{ag}n^ana absconditum. Apoc. 2.
est multitudine dulcedinis meæ & consolatio-
num mearum experieris, in te: Vince modo heroice
tentationem aliquam, pusillanimitatem, infirmita-
tem, aut contemptum, & senties infallibiliter ma-
gnam animi consolationem, & prægustum quasi, ob-
venturæ tibi per hoc æternæ felicitatis: sicut econtra
gustata voluptas peccati animam afflit, & continuo
quasi prægustum affert æternæ pœnæ quam meruisti,
*O quæ magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam ab-
scondisti timentibus te.* Psalm. 30.

2. *V*incenti dabo calculum candidum. Ap. 2. Calculum
candidus, est signum faustitatis. 2. Est signum abso-
lutionis in judicio. 3. Est signum electionis. Ha-
bitria venient illi, qui vicerit mundum. 1. In judicio
particulari & universalis non condemnabitur, sed lau-
dabitur à judice. 2. Inter electos numerabitur, 3. In
glorioso corpore æternū l^etificabitur.

3. *V*incenti dabo nomen novum: Ut sit & dicatur si-
lius & hæres Dei. Hoc est inquit Bernardus illud in-
tuplum: *A*doptio filiorum Dei. quæ pericula non sper-
nit, miles generosus? ut ducis aut militaris præ-
staturæ insignibus & nomine decoretur? Christus te
filium & hæredem suum constituet, si viceris, &
adeo ignavus es?

S.PÆMON EREMITA

27. Augusti,